



Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Haymo||nis Episcopi Hal-||berstatten[sis] Homiliarum,
nunc sexto || maiori [pro] ante hac unquam dili||gentia
excusarum, || Pars ...**

praeter omnes omnium appendices, accesserunt iam recens homiliae
aliquot piæ, ante hoc tempus excusæ nusquam

Pars Aestivalis

Haimo <Altissiodorensis>

Haimo <Halberstadensis>

Coloniae, 1551

VD16 H 222

Conuocatis Iesus duodecim apostolis, ded. Lucæ. 9

urn:nbn:de:hbz:466:1-39335

[Caro mea est (inquit) pro mundi uita.] Norunt fideles corpus Christi, si corpus Christi esse non negligunt. Fiant corpus Christi, si uolunt uiuere de spiritu Christi. De spiritu Christi non uiuit, nisi corpus Christi. Quisq; uiuere uult, credat in Christum, manducet spiritualiter spirituale cibum, incorporetur corpori Christi, & non sit putridum membrum quod refecari mereatur. sit pulchrum, sit sanum, sit aptum capiti suo.

FERIA QUINTA PENTECOSTES. Lucae IX.

In illo tempore Conuocatis Iesus duodecim apostolis, dedit illis uirtutem & potestatem super omnia daemonia, & ut languores curarent. Et reliqua.

Concessa potestate primo signorū, misit eos predicare regnum dei, ut promissorum magnitudinem attestaretur etiā magnitudo factorum, fidem q; uerbis daret uirtus ostensa & noua facerent, qui noua predicarent. Vnde nūc quoque, cum fidelium numerositas excreuit intra sanctam ecclesiam, multi sunt qui uitam uirtutum tenent, & signa uirtutum non habent: quia frustra miraculū foras ostenditur, si deest quod intus operetur. Nam iuxta magistri gentiū uocem, Linguae insignum sunt non fidelibus, sed infidelibus. 1. Co. 14

Et ait ad illos: Nihil tuleritis in uia, neq; uirgam, neq; peram, neq; panem, neq; pecuniam, neq; duas tunicas habeatis.] Mat. 10.
Mar. 6.
 q; Solet quæri. quomodo Matthæus & Lucas commemorauerint dixisse dominum discipulis, ut nec uirgam ferrent, cum dicat Marcus: [Et præcepit eis ne quid tolle

rent in uia, nisi uirgam tantum.] Quod ita soluitur, ut intelligamus sub alia significatione dictam uirgam, que secundum Marcum ferenda est, & sub alia illam, que secundum Matthæum & Lucā nō est ferenda: sicut sub alia significatione intelligitur tentatio de qua dictum est, Deus neminem tentat: & sub alia de qua dictum est, Tentat nos dñs deus uester, ut sciat, si diligitis eū. Illa, seductiōis est: hæc, probationis. Virunq; ergo accipiendum est a domino apostolis dictum: & ut nec uirgam ferrent: & ut non nisi uirgam ferrent. Cum enim secundum Matthæum diceret eis, [Nolite possidere aurum, neq; argentum, &c.] continuo subiicit: [Dignus est enim operarius cibo suo.] Vade satis ostendit, cur eos hæc possidere ac ferre noluerit, non quod necessaria non sunt sustentationi huius uitæ, sed quia sic eos mittebat, ut eis hæc deberi mōstraret ab illis, quibus euangelium credentibus annuncia: ēt. Claret autē hoc non ita præcepisse dñm, tanquam euangelistæ uiuere aliunde non debeāt, quam eis præbentibus quibus annunciant euangelium: alioquin contra hoc præceptum fecit Apostolus, qui uictum de manuum suarū laboribus transigebat, ne cuiquam grauis esset, sed potestatem dedisse, in qua sciret sibi ista deberi. Cum autem a dño aliquid imperatur, nisi fiat, in obediētia culpa est: cū autē potestas datur, licet cuiq; non uti, & tanq; de suo iure recedere. Hoc ergo ordinans dñs, quod eum ordinasse dicit Apostolus, his qui euangelium annunciant, de euangelio uiuere. illa apostolis loquebatur, ut securi non passerent neque portarent huius uitæ necessaria, nec magna nec minima. Ideo posuit, nec uirgam, osten-

Iaco. 1.

Deu. 13.

Mat. 10.

1. Cor. 9.

dens a fidelibus suis omnia debere ministris suis, nulla superflua requirentibus, ac per hoc, addendo: [Dignus est enim operarius cibo suo,] prorsus aperuit & illustravit, unde hec omnia loqueretur. Hac enim potestate uirgæ nomine significauit, cum dicit: [Ne quid tollerent in uia, nisi uirgam tantum.] ut intelligatur, quia per potestatem a domino acceptam, quam uirgæ nomine significauit, etiam quæ non portantur non deerunt. Hoc & de duabus tunicis intelligendum est, ut ne quisquam eorum, præter eam qua esset indutus, aliam portandam putaret, sollicitus ne opus esset, cum ex illa potestate posset accipere. Quod uero secundum Marcum non portare uel haberi duas tunicas, sed expressius indui, præhibet, dicens: [Et ne induerentur duabus tunicis,] quid eos monet, nisi non dupliciter, sed simpliciter ambulare. Aliter: In duabus tunicis uidetur mihi duplex ostendere uestimentum, non quod in locis Scythiæ & glaciali niue rigentibus, una quis tunica debeat esse contentus, sed quo in tunica uestimentum intelligamus, ne alio uestiti, aliud nobis futurorum timore seruemus.

Mat. 10.

Mar. 6.

Mar. 6.

Et in quamcunque domum intraveritis, ibi manere, & inde ne exeatis.] Dat constantiæ generale mandatum, ut hospitalis necessitudinis iura custodiatur. Alienum namque a prædicatore regni celestis astruit, cursitare per domus, & inuiolabilis hospitij iura mutare. Nec ociose secundum Mattheum domus, quam ingrediantur apostoli, eligenda deseruitur, ut mutandi hospitij necessitudinisque uiolandæ causa non superet.

Et quicumque non receperint uos, exeunt

P ij

tes de ciuitate illa, etiã puluerem pedum uestro-
rũ excutite in testimonium supra illos.] ¶ Puluis ex-
cutitur de pedibus in testimonium laboris sui, qđ
ingressi sunt in ciuitatem, & prædicatio apostoli-
ca ad illos usq; puenerit. Siue excutitur puluis, ut
nihil ab eis accipiant, nec ad uictum quidem neces-
sarium, qui euangelium spreuerint. Allegorice autē,
qui uerbo humiliter intendunt, si quibus (ut ho-
mines) terrenæ leuitatis neuis obscurantur, per ea
mox quæ recipiunt euangelicæ prædicationis ue-
stigia, purgantur. Qui uero perfidia uel negligē-
tia uel etiam studio contemnunt, horum uitanda
communio, fugienda synagoga censetur. Excuti-
endus pedum puluis, ne gestis inanibus & pulueri
cōparandis, mentis castæ uestigium polluat.

Egressi autē, circuibant per castella, euan-
gelizantes & curātes ubiq;.] Quid euangelizaret,
uel quomodo curarent apostoli, Marcus exponit
plenius [Prædicabant (inquit) ut pœnitentiã age-
rent, & demonia multa eiiciebāt & ungebāt oleo
multos ægros, & sanabantur.] Dicit & Iacobus:
Infirmatur quis in uobis? inducat presbyteros ec-
clesiæ, & orent super ipsum, ungentes eum oleo san-
cto in nomine domini, & si in peccatis sit, dimit-
tentur ei. Vnde patet, ab ipsis apostolis hunc san-
ctæ ecclesiæ morem esse traditum, ut pontificali
benedictione consecrato oleo, perungatur ægro-
tus. Prædicabant autē ut pœnitentiã agerent, &c:
Misit illos (inquit) euangelizare regnum dei quia
uidelicet utrūq; iuxta Iohannis Baptistæ, uel ipsi-
us saluatoris exemplum prædicabant: Pœnitentiã
amagite, appropinquabit enim regnum cælorum.
Regnum enim cælorum ianuis propinquare, est,

Mar. 6.

Iac. 5.

Mat. 3.

& 4.

de his quemq; quibus ab eo discesserat, pœnitere.
FERIA SEXTA PENTECO
stes. Matthei xij.

In illo tempore dixit Iesus turbis: Si ego in spiritu dei eicio dæmones, igitur peruenit in uos regnum dei. Et reliqua.



ECce hic trinitas ul-
 detur trinitas ap-
 pellata, quod fiat
 totum unū. Nam dū tria
 sunt, unum sunt: quia &
 singula in se manent, &
 omnia in omnibus. Pa-
 ter igitur & filius & spi-
 ritus sanctus, trinitas &
 unitas: idem cō unū, idē
 & tria, in natura unū, in
 personis tria. Vnum, p

pter maiestatis communionem, tria propter pso-
 narum proprietatem. Quod autem dicit [In spū
 dei eicio dæmones,] ostendit q̄ spiritus sancti co-
 operatione pater & filius operari credantur, Psal-
 mista attestāte, qui ait: Verbo dñi cœl firmati sunt,
 & spū oris eius omnis uirtus eorum. Quia ex pa-
 tre & filio procedit, i deo spiritus sanctus prædica-
 tur deus, & substantiam eius habet. Neque enim
 aliud de patre procedere potuit, quam quod ipse
 est pater. Spiritus autem dictus secūdum id quod
 ad aliquid refertur, spirans & inspirans. utiq; &
 ex eo appellatus spiritus est. Proprie autem quo-
 dammodo dicitur spiritus sanctus, secūdū quod
 refertur ad patrem & filium, quod eorum spiri-

Psal 31

P iij